

Alte Drucke

Davidis Chytræi In Historiam Iosvæ, Iudicvm, Rvth, in Prophetas & Psalmos aliquot; & Sententias Syracidæ

Chyträus, David

Lipsiae, 1592

VD16 C 2504 T. II

Caput XXVII.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-148122

Caput XXVII.

Dico sunt mihi molesta, & tertium ad iram provocat
 me. Quando bellator bene meritus, tandem inopi-
 am patitur. Et sapientes consiliarij tandem contem-
 nantur. Et qui a vera fide desciscit ad fidem & cul-
 tum falsum, hunc Deus condemnauit ad gladium. Mercator
 difficulter abstinet ab iniuria aliorum, institores egre a peccatis.
 Nam propter opes multi iniuriam faciunt, & qui ditescere stu-
 dent, auertunt oculos. Sicut clauus in muro defixus haret inter
 duos lapides: ita tenaciter defixum peccatum haret inter emtorem
 & venditorem. Nisi magno studio ad timorem Domini conuer-
 tat se, domus eius celeriter vastabitur. Inter cribrandum manet
 furfur & palea in cribro: ita inceptis hominum subinde aliquid
 iniquitatis adherescit. Sicut fornax examinat ollas nouas: ita af-
 fectio examinat hominis animum. Ex fructibus deprehenditur edu-
 catio arboris: Ita sermo est indicium mentis & animi. Nemi-
 nem laudabis, priusquam audieris eum. Nam ex sermone agnosci-
 tur vir. Si iusticiam sectatus fueris, nancisceris eam, & indues
 eam ut vestem insignem. Volucres associant se sui similibus: ita
 veritas adiungit se his qui obediunt illi. Ut leo expectat pre-
 dam: ita peccatum tandem insidiosè arripit male operantem.
 Timens Deum semper loquitur salutaria. At stultus mutabili-
 or est Luna. Cum inter fatuos versaris, observa quid patiat
 tempus. Sed inter sapientes potes tuto pergere. Sermo stulto-
 rum est supra modum molestus. Et risus eorum peccatum merum
 est, quo tamen ipsi sese titillant. Sermo multum iurantium hor-
 ribilationem capiti adfert, & rixa eorum faciunt, ut obturentur
 aures. Quando superbi contendunt, sequitur effusio sanguinis,
 & molestissimum est audire, ubi certatur conuicijs. Qui dete-
 git secreta, iacturam facit fidei, & nunquam fidum amicum nan-
 ciscetur. Magnifacito amicum tuum, & serua illi fidem.
 Sin autem secreta eius reuelaueris, non recuperabis eum. Qui
 amittit amicum suum, non minus patitur damni, quam si e ma-
 nibus elabatur inimicus. Perinde atq; si volucrem amittat au-
 cep:

Ingratitudo
erga Deum &
homines be-
ne meritos.

Iniustitia &
frandes in
contractibus.

Cruce.

Oratio ani-
mi character.

Cole iustiti-
am & sapien-
tiam.

Futilitas &
perfidia in a-
micitia.

*ceps: ita fit cum amittis amicum, non rursus capies eum, non es
 ut insequaris eum, nimium longè auolauit, euasit ut caprea è la-
 queis. Vulnera sanari possunt, conuitia item sedari. Qui autem
 prodit secreta, de illo scilicet actum est. Qui oculis inuit, ali-
 quid mali versat in animo, neque facile ab eo auerti se patietur.
 Coram te blande loquitur, & omnibus sermonibus applaudit,
 verum te absente loquitur aliter, inuertit tibi verba tua. Nihil
 odi vehementius quam hoc sic versutum. Nam Dominus et-
 iam tales odit.*

Prima sententia est querela de ingratitude erga bene meritos duces
 & consiliarios. vt Iustinianus imperator Bellisarium ducem optime me-
 ritum, tandem dignitate & opibus spoliasse scribitur. Et in aula vsitatissi-
 mum est, vt consiliarij senes & sapientes, quorum opera parentes vsi sunt,
 à filijs & successoribus negligantur, vt Roboam spretis senum consilijs, per
 oratores novos, stultos, adolescentulos Rempubliam perdit. Et alioquin
 aulici amici similes sunt calecis, qui dum noui sunt, amantur: veteres & de-
 triti abijciuntur. Præcipue autem **IDOLOLATRIAM**, à vero Deo
 & fide verbi à Deo traditi deficientem, ad falsos & impios cultus humana
 temeritate electos, condemnat. Quam impietatem passim Prophetæ ta-
 xant, vt Ierem. cap. 2. Oseæ 1. & alibi. Pertinet ad primum præceptum,
 Non habebis Deos alienos coram me.

Mercator difficulter abstinet ab iniuria. **II.** Iniustitiam & fraudes in
 contractibus notat, prohibitas expressa voce Dei. 1. Thessa. 4. Hæc est vo-
 luntas Dei, ne quis decipiat & defraudet in negociatione fratrem suum,
 Quia vindex est Dominus de his omnibus. Sunt autem **CONTRACTVS**,
 res honestæ & diuinitus ordinatæ, vt vita hominum legitima rerum com-
 municatione copulata sit & conseruetur, ac vt sint exercitia mutue dilecti-
 onis, iustitiæ, beneficentiæ & aliarum virtutum. Imò etiam, vt de Dei æqui-
 tate & iustitia nos commonefaciant. Non igitur ipsas emtiones & venditio-
 nes, quæ sunt legitimæ ordinationes Dei ad tuendam hominum vitam ne-
 cessariæ, sed imposturas & fraudes contrahentium & iniusta aucupia pecu-
 niæ per fas & nefas cumulandæ reprehendit, de quibus & Paulus 1. Co-
 rinth. 6. prolixè concionatur. Pertinet ad VII, præceptum Decalogi.
Sicut fornax examinat ollas novas, ita. **III.** De cruce & calamitatibus ac
 arumnis, quibus piorum fidem, inuocationem, patientiam, spem, constan-
 tiam & cæteras virtutes Deus explorat & confirmat. Scilicet vt fuluum spe-
 ctatur in ignibus aurum, Tempore sic duro est experienda fides. *Ex fru-
 ctibus deprehenditur educatio arboris.* **IIII.** Docet orationem esse chara-
 cterem animi. *οι λόγοι τῶν ἡθῶν καὶ τῶν ἰσχυρῶν, οἷον εἰκόνες εἰσὶ.* Iococrates: *λόγος ἀρετῆς
 καὶ νόμιμος καὶ δίκαιος, ψυχῆς ἀγαθῆς καὶ πιστῆς εἰδωλον ἐστὶ.* *Si iustitiam seculi-
 tas fueris, nancisceris eam.* **V.** Adhortatur ad colendam iustitiam & studi-
 um ac amorem veræ pietatis & sapientiæ salutaris. Cui opposita est impie-
 tas & inconstantia stultitiæ & superbiæ, de qua aliquoties diximus. *Qui de-
 tegit secreta, iacturam facit fidei.* **VI.** Prohibet perfidiam seu futilitatem
 enuncis

enunciantem arcana, & simulationem benevolentiae. Virtus opposita est,
FIDELITAS in Amicitia, quæ ad V. & VIII. præceptum referri potest.

Caput XXVIII.

Qui proicit lapidem in altum, huic recidit in caput. Iniustitia puni-
tur talio-
ne.

*Qui clanculum pungit, hic sauciat seipsum. Qui
foveam fodit, ipse cadit in illam. Qui alteri insidi-
atur, hic illaqueat seipsum. Qui damnum inferre
vult alijs, hic saepe ipse plectitur, nesciens unde hoc eueniat. Su-
perbi exagitant & derident alios, sed ultio expectat eos ut leo.
Qui letantur afflictionibus bonorum, in laqueo capientur, dolor
anmi exedet eos antequam moriantur. Ira & seuitia sunt Manuetudo.
abominatio coram Domino, impius utriusque reus est. Qui
se ulciscitur, in illo ulciscitur se Dominus, & peccata quoque eius
retinet illi. Dimitte proximo tuo quid in te peccauit, & roga
eum, & vicissim remittentur tibi peccata tua. Inuenias ho-
minem qui erga alium iram & odium gerit, & Domini implorat
gratiam, immisericors est erga proximum suum, & pro peccatis
suis vult preces fundere. Ipse caro & sanguis tantum est, &
tam tenaciter iram suam fouet. Quis ergo peccata ipsius remit-
tit ei? Cogita de fine, & remitte offensam, qua mortem & in-
teritum querit, & mane in mandatis. Cogita de præcepto Dei,
& remitte minas erga proximum tuum. Cogita de lege & pa-
cto altissimi, & condona erratum. Desine a contentione, &
peccata multa omittentur. Homo iracundus accendit rixas, &
impius inextricabilia miscet inter amicos bonos, & irritat eos,
qui pacem habebant. Quando multa sunt ligna, ignis eo fit
maior: Ita, cum homines sunt potentes, eò grauius seuit ira.
Et cum diuites sunt, furit eo vehementius. Et quando contentio diu-
durat, tunc eò latius vagatur incendium. Qui feruidus est
nimium ad contentiones, accendit ignem. Et qui ad rixam præ-
cipites sunt, effundunt sanguinem. Insuffla in scintillam, &
excitabitur ignis maximus. Expue in eandem, & extinguetur,
Et utrunque procedere potest ex ore tuo. Susurrones, & lingua Calumnia &
obtrectatio-
nes.
virulenta sunt maledicta, quia apud multos turbant pacem.*

Ddd 3

Os ob-